



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 39. Hujus Insulæ atque urbis situs

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

§. XXXIX.

Sæcul. XV.  
A.C. 1480.*Hujus Insulæ atque urbis situs.*

Insula hæc Africæ Med'terraneo mari adjacet, atque Septentrionem versus per obliquum Caramaniam Anatoliæ partem spectat, quam alveus ad viginti circiter leucas latitudine sua procurrens ab hac Insula dividit. Latera ejus stipantur Insulis, & dextrum quidem, quod orientem respicit, cingitur Cypro, sinistrum autem ad occasum ambitur Can-dia: ad meridiem vero Ægypto clauditur, ejusque circuitus viginti sex circiter milliaria amplectitur. Illius Metropolis prope maris litora sita est, & parvi cuiusdam collis declivio imposita est; hic collis sensim sese erigens perjucunda planicie ad Septentrionales hujus Insulæ plagas circumfunditur. Tunc temporis gemino murorum ambitu pluribus fortissimis turribus munito coercebatur: ast qua vergit in meridiem, & ubi ad Ju-dæorum domus, quæ in inferiori urbis parte positæ sunt, sese inflectit, turres majori ab invicem intervallo discretæ stabant, unde hac ex parte civitas longe infirmior erat. Fortitudine ceteris omnibus præstabat munimentum, quod E-quites inhabitabant; quippe, præterquam quod illud toto mari Septentrionem & O-

D 2 rientem

**Sacul. XV.** rientem versus cingeretur, aggeribus etiam  
**A.C. 1480** altius prominentibus, plurimisque turribus  
 firmatum conspiciebatur: sinus vero ejus  
 qua parte in Septentrionem vergit, portu  
 constringitur, longius ac per trecentos  
 passus in oceanum decurrente, cuius fi-  
 nes propugnaculo, quod Turrim S. N.  
 eolai vocabant, defendebantur.

## §. XL.

*Obsidionis initia.*

*Chalcond.  
hist. Turc.  
l. II.*

**M**ahometes, hac insula vietricibus se  
 mel armis occupata, planum sibi a  
 Ægypti ac Syriæ expugnationem ite-  
 sterni existimabat; hinc classem suam ad  
 movit centum sexaginta navibus instru-  
 ctam, & haud minus quam centuaria  
 matorum milibus validam; Turcæ fau-  
 exscensione, primum in monte S. Ste-  
 phani & circum vicina planicie castri  
 metabantur, atque adhuc dum tentori  
 ficebant, cum jamjam velitum turma te-  
 merarie usque ad portas urbis procur-  
 tens pugnæ præluderet; hos tamen mi-  
 lites Montelius Vicecomes, Petri Albu-  
 sonii Magni Magistri frater penitus de-  
 vit, atque inter eos Demetrium illorum  
 ductorem armam anibus suis tenentem o-  
 cedit; equidem ille tam insignis atque  
 gloriosæ mortis genere omnino indignus  
 erat, cum infamis proditor ac Christianæ  
 fidei